



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

**Wigand, Paul**

**Leipzig, 1858**

13. Copia edicti Papalis contra detentores sacrarum Reliquiarum Mon.  
Corbeiensis; 1638

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30944**

x Andern Tags war Freitag, für Corvey zumahl ein trauriger Tag, weil die h. Reliquien S. Viti aliorumque sanctorum corpora, Kirchenornate, alle calices. Monstranzen, Casulen u. s. w., alle antiquitates an Gold, Silbergeschirr, ja das ganze archivum weggenommen war. So haben J. Fürstl. Gn. zu Corvey für mich *salvum conductum* schriftlich begehrt, auch erhalten; womit ich mich nach dem Minoritenkloster, um Siegel und Briefe wieder aufzufinden, erheben müssen, woselbst dann unten und oben alle dahin geflüchtete Bette ausgeschüttet, und darunter voller todten Körper, mit Siegel und Briefen vermischt, befunden. Es waren aber unsere Corveysche Siegel und Briefe schändlich unter den Füßen zertreten, wie der Augenschein noch mitbringt, welches dann ein Ursach ist, daß von den ansehnlichen päpstlichen und kaiserlichen, auch andern Brieffschaften, die Siegel abgerissen, und ganz zertreten sich befunden, welches ich Posteritati zur Nachricht auf Begehren meiner Herrn confratrum mit dieser meiner Hand und Siegel also ergangen zu seyn, hiemit bekräftige. Und ist nicht zu zweifeln, daß nicht auch viele herrliche Siegel und Briefe gar wegkommen; denn es waren darunter privilegia Imperatorum, welche mit Ducatengold geschrieben und versiegelt waren, deren nur Eins wiedergefunden, das Siegel aber abgezogen gewesen.

Haec ab Rev. Patre Joanne ab Haxthausen, professo Corbeiensi, praeposito primum in Brenkhausen, postmodum in Escherde, esse conscripta, cum intentione, ut aliquando melius descripta subscriberet et subsigillaret; Sed nemine id statim promovente et postmodum morte ipsius interveniente, esse neglectum, attestor ego, qui eadem ipsius, alias etiam aliquando audivi.

Fridericus Henckhaus,  
Professus Corbejensis.

### 13. Copia edicti Papalis contra detentores sacrarum Reliquiarum Monasterii Corbeiensis de a. 1638.

Martinus Alifer, Dei et apostolicae sedis gratia Episcopus Insulanus, Ser. D. Urbani divina providentia Papae VIII. et ejusdem S. Sedis ad tractum Rheni et alias inferioris Germaniae partes cum ... legati de latere Nuncios. Dilectis nobis in Christo universis et singulis pa-



rochialium ecclesiarum Rectoribus sive Plebanis, aut illorum Vice-rectoribus per districtum Nuntiaturae nostrae constitutis, salutem in Domino.

Significavit nobis dilectus in Christo D. Arnoldus Waldois electus Abbas exempti monasterii Corbeiensis in Westphalia, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, nonnullas sacras Reliquias una cum suis pretiosis vasibus et ornamentis, nec non scripturas et documenta quam plurima a praed. monast. abstulerint, et signanter de anno 1624 occasione abductionis bonae memoriae Johannis Christophori a Brambach, tunc viventis ejusdem Abbatiae praesulis, magnam partem de ligno sanctae crucis D. n. J. Christi, ibidem per annos 600 reservatam in magna cruce argentea, una cum aliis quam pluribus reliquiis Sanctorum in suis pariter vasibus et thecis argenteis custoditis, subtraxerint. Nec non de a. 1634 inde deripuerint corpora S. S. Martyrum Viti et Justini rubeis sericis pannis involuta, una cum brachio S. Martini, argenteo brachio involuto et insigni reliquia S. Laurentii theca argentea pariter inclusa, nec non aliorum quam plurimorum S. S. reliquias ac instrumenta, documenta aliasque scripturas, tam supradicto, quam anteriori et posteriori tempore ablatas ad Abbatiam supradicti significantis legitime spectantes illasque et illa malitiose occultare ac occulte et indebite detinere praesumpserint et praesumant, ex quo gravissima damna inaestimabilis et infiniti pretii eidem significanti et ejus Monasterio nequiter intulerunt, in animarum suarum periculum et non modicum detrimentum, super quo ipse nostrum et Sedis Apost. remedium imploravit. Nos igitur sufficienti ad infracta a S. Sede facultate muniti, discretioni vestrae, apostolica auctoritate qua fungimur in hac parte, per praesentes committimus et mandamus, quatenus omnes hujusmodi sacrarum Reliquiarum, ornamentorum et scripturarum detentores ac illorum celatores aut alias scientiam habentes et damnorum illatores ex parte nostra, imo verius apost. auctoritate publice in vestris ecclesiis coram populo per vos vel alium seu alios moneatis, ut intra competentem terminum, quem eis praefixeritis s. Reliquias etc. predicto significanti eidemque Abbatiae seu monasterio Corb. detentores quidem et occupatores restituant, occultatores vero et illas scientes revelent; et si id non adimpleverint, intra alium competentem terminum, quem eis similiter duxeritis praefigendum, tunc in eos generalem ex-  
communicationis sententiam proferatis eamque faciatis quando, ubi et quoties videritis expedire, usque ad restitutionem condignam et



revelationem debitam solemniter publicari. Volumus autem, quod ex revelatione hujusmodi, si eam fieri contingat, non possit nisi pro civili Interesse et civiliter tantum agi, aliter revelatio ipsa neque in judicio, neque extra judicium fidem faciat. — Ut vero praesentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius devenire possint, mandamus ut earundem praesentium transcriptis vel impressis exemplis et manu alicujus Notarii pub. subscriptis et sigillo Personae in dignitate Ecclesiae constit. munitis, ubique locorum eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Coloniae in Palatio nostrae solitae residentiae, die 27. Aug. A. D. 1638 etc.

X Ohngeachtet jener geschärften Drohung wurden doch von dem weitläufigen Verzeichniß verlornen Reliquien nur einige unbedeutendere Stücke zurückgeliefert. Die Kostbarkeiten waren längst eingeschmolzen, und die Documente vernichtet.

14. Responsum der Juristen-Fakultät zu Marburg, über die Frage, ob die Stadt Hörter während des dreißigjährigen Kriegs ihre Unterthanenpflicht verlegt und gegen das homagium gehandelt habe. 1638.

Fürstabt Arnold von Waldois (ein Mönch aus dem Pantaleonskloster zu Coeln), der im J. 1638 seine Regierung antrat, aber eine Wohnung in der Stadt suchen mußte, weil die Stiftsgebäude im Kriege wüst und unbewohnbar gemacht worden waren, trug Groll gegen die Stadt im Herzen wegen der Widersetzlichkeiten und Beleidigungen, die sie seinem Vorgänger zugesügt, und man machte Miene, unter dem Schutz der kaiserlichen Waffen ein Strafgericht über sie zu verfügen und sie ihrer ausgezeichneten Rechte und Privilegien für verlustig zu erklären. — In ihrer Verlegenheit wandte sich die Stadt an die Universität zu Marburg, welcher sie eine ausführliche Species facti zuschickte und um ein rechtliches Gutachten bat.

X Darin pries sie zuvörderst ihre treue Anhänglichkeit an den Landesherrn, und wie sie damals, als Kur-Coeln das Land in Besitz genommen und den Abt gefangen fortgeführt habe, sich zu keiner Schuldigung habe bewegen lassen, was doch das Land gethan. Auch habe